
LA_Carta_Basel_Transcription

Autor:

Data de publicació: 17-09-2014

The Columbus Letter

Facsimile Reproduction

Note

To see an entire image of each page of the Basel 1494 edition of the Columbus Letter, click on the following thumbnail images. The large images are mostly 300-330kB in size.

folios 29v-30r

folios 30v-31r

folios 31v-32r

folios 32v-33r

folios 33v-34r

folios 34v-35r

folios 35v-36r

folio 36v

Osher Map Library and Smith Center for Cartographic Education
University of Southern Maine

Conventions

line breaks are set typographically in the following rather than being shown explicitly (as || or some such symbol).

ue

Italicized letters are expansions of the many contractions used throughout the original text, with the exception of ...

û

a circumflex over a vowel represents the macron or other diacritical used in the text to indicate a following -m or -n. Netscape's diacriticals are still too limited to show the diacritical as a macron.

[...]

Corrections for the original text.

,
vertical lines in the original text were rendered as commas.

-
continuation marker (=) in the original text.

=
indicates the continuation of a word between two lines when not actually marked in the original text.

The Letter

folio 1 recto

title

In laudem Serenissi=

mi Ferdinandi Hispaniaerum regis, Bethi-
cae et regni Granatae, obsidio, victoria, et
triûphus, Et de Insulis in mari Indico
nuper inuentis

folios 1 verso to 29 recto

The panygeric to Ferdinand

folio 29 recto

ends with imprint

Acta Ludis Romanis Innocetio octa=
uo in solio Petri sedente Anno a Na-
tali Saluatoris ·M·CCCC·XCII·
Vndecimo Kalendas Maii.

·1·4·9·4·
NIHIL SINE CAUSA.
.I. .B.

folio 29 verso
titlepage to the letter
De Insulis nuper in
mari Indico repertis

folio 30 recto
De Insulis nuper inuentis
Epistola Christoferi Colom (cui etas nostra mul-
tum debet: de Insulis in mari Indico nuper inuen-
tis: ad quas perquirendas octauo antea mense: au-
spiciis et ere inuictissimi Fernandi Hispaniarû Re-
gis missus fuerat) ad Magnificû dominû Raphae-
lem Sanxis: eiusdem serenissimi Regis Thesaurari-
um missa: quam nobilis ac litteratus vir Aliander
de Cosco: ab Hispano ideomate: in latinum con-
uertit: tercio Kalendas Maii .M.cccc.xciii. Pontifi-
catus Alexandri Sexti Anno primo.

Q voniam suscepte prouinciæ rem perfectâ
me consecutû fuisse: gratum tibi fore scio.
has constitui exarare: quæ te vnusquisque
rei in hoc nostro itinere geste inuêteque admoneât.
Tricesimotercio die postquam Gadibus discessi: in ma-
re Indicû perueni: vbi plurimas lu[n]sulas innumeris
habitas hominibus reperi: quarû omnium pro foe-
licissimo Rege nostro: præconio celebrato, et vexil-
lis extensis: cōtradiciente nemine possessionê acce-
pi. primeque earum: diui Saluatoris nomê imposui.
cuius fretus auxilio: tam ad hanc quam ad ceteras alias
peruenimus. Eam vero Indi Guanahanyn vocant.
Aliarum etiam vnâquaque nouo nomine nûcupauit.
Quippe aliam Insulam Sancte Marie Conceptio-
nis. aliam Fernandinam. aliam Hysabellam. aliâ

folio 30 verso
Iohannam, et sic de reliquis appellari iussi. Quâpri-
mum in eam Insulam (quam dudum Iohannâ vo-
cari dixi) appulimus: iuxta eius littus occidentê ver-
sus aliquantulum processi: tâque eam magnam nul-
lo reperto fine inueni: ut non insulam: sed continê-
tem Chatay puinciam esse crediderim: nulla tamê
videns oppida, municipiaue in maritimis sita confi-
nibus: preter aliquos vicos et predia rustica: cû quorum
incolis loqui nequibâ: quare simul ac nos videbant
surripiebant fugam. progrediebar vltra: existimâs
aliquam me vrbem villas ve inuenturû. Denique vi-
dens quod longe admodû progressis: nihil noui emer-
gebat: et huiusmodi via nos ad Septêtrionem defe-

rebat (quod ipse fugere exoptabâ: terris etenim re-
gnabat bruma) ad austrumque erat in voto cõtende-
re: nec minus venti flagitantibus succedebât. cõtsti-
tui alios nõ operiri successus: et sic retrocedês: ad por-
tum quendâ (quem signaueram) sum reuersus: vn-
de duos homines ex nostris in terrâ misi: qui inue-
stigarent: esset ne Rex in ea prouincia, vrbesue ali-
quæ. Hi per tres dies ambularunt: inuenerûntque in-
numeros populos et habitationes: paruas tamê et
absque vîllo regimine: quapropter redierunt. Interea
ego iam intellexeram a quibusdam Indis: quos ibi-
dem susceperam: quomodo huiusmodi prouincia
Insula quidê erat. et sic perrexî oriêtem versus: eius
semper stringens littora usque ad miliaria .cccxxij. vbi
ipsius insulæ sunt extrema: hinc aliam Insulam ad

folio 31 recto

orientem prospexi: distantem ab hac Iohanna mi-
liaribus .liiij. quâ protinus Hispanam dixi: in eâque
concessi: et direxi iter: quasi per Septentrionê quê-
admodum in Iohanna ad orientê: miliaria .dlxiiij.
quæ dicta Iohâna et alie ibidem Insule quam fertilissi-
me existunt. Hæc multis atque tutissimus et latis: nec
aliis quos vnquam viderim comparandis portibus: est
circun[m]data. multi maximi et salubres hanc interflu-
unt fluuii. multi quoque et eminentissimi in ea sunt
môtes. Omnes he insule sunt pulcerr[rr]ime et variis
distincte figuris: peruie: et maxima arborum varie-
tate sidera lambentium plene: quas nunquam foliis pri-
uari credo: quippe vidi eas ita virêtes atque decoras:
ceu mense Maio in Hispania solent esse: quarum alie
florêtes: alie fructuose: alie in alio statu: secundum
vnus cuiusque qualitatem vigeant: garriabat philo-
mena: et alii passeris varii ac innumeri: mense No-
uembris quo ipse per eas deambulabam: Sunt pre-
terea in dicta Insula Iohanna: septem vel octo pal-
marum genera: quæ proceritate et pulchritudine.
(quêadmodum cetere omnes arbores, herbe, fru-
ctusque[()]) nostras facile exuperant. Sunt et mirabiles
pinus, agri, et prata vastissima, varie aues, varia mel-
la, varique metalla: ferro excepto. in ea autem quâ
Hispanam supra diximus nuncupari: maximi sunt
montes ac pulchri: vasta, rura, nemora, câpi feracis-
simi, seri, pacisque et cõtêdis edificiis aptissimi. Por-
tuum in hac Insula cõtmoditas: et præstantia flumi-

folio 31 verso

num copia salubritate admixta b[h]ominû: quæ nisi
quis viderit: credulitatem superat. Huius arbores
pascua et fructus, multû ab illis Iohane differût.
Hæc præterea Hispana diuerso aromatis genere,
auro metallisque abundat. cuius quidem et omnium
aliarum quas ego vidi: et quarum cognitionem
baheo incole vtriusque sexus: nudi semper incedunt:

folio 32 recto

quēadmodū eduntur in lucem. præter aliquas femi-
nas. que folio frondeue aliqua: aut bombicino ve-
lo: pudenda operiunt: quod ipse sibi ad id negotii
parant. Carent hi omnes (vt supra dixi) quocunque
genere ferri. carent et armis: vtpote sibi ignotis. nec
ad ea sunt apti. non proptercorporis deformitatē:
(cum sint bene formati) sed quia sunt timidi ac ple-
ni formidine. gestant tamen pro armis arundines so-
le perustas: in quarum radicibus: hostile quoddam li-
gneum ficcum et in mucronem attenuatum figūt:
neque his audent iugitur vti: nam sæpe euenit cū mi-
serim duos vel tris homines ex meis ad aliquas vil-
las: vt cum earum loquerentur incolis: exiisse agmen
glomeratum ex Indis: et vbi nostros appropinqua-
re videbant: fugam celeriter arripuisse: despretis a
patre liberis, et econtra. et hoc non quod cuipiam eorum
damnum aliquod vel iniuria illata fuerit: immo ad
quoscun[m]que appuli: et quibus cū verbum facere po-
tui: quicquid habebam sum elargitus: pannū alia-
que permulta: nulla mihi facta versura: sed sunt natu-
ra pauidi ac timidi. ceterum vbi se cernunt tutos:
omni metu repulso: sunt admodū simplices ac bo-
ne fidei: et in omnibus quæ habent liberalissimi: ro-
ganti quod possidet inficiatur nemo: quin ipsi nos ad
id poscendum inuitant. Maximum erga omnes a-
morē presenserūt: dant queque magna pro paruis. mini-
ma licet re, nihiloue cōtenti: ego attamen prohibui ne tâ-
minima et nullius precii hisce darentur: vt sunt lan-

folio 32 verso

cis, parapsidum, vtrique fragmenta, Item clauī, ligu-
le, quanquam si hoc poterant adipisci: videbatur eis pul-
cerrima mundi possidere iocalia. Accidit enī quen-
dam nauitam: tâtum auri pondus habuisse pro vna
ligula: quâti sunt tres aurei solidi: et sic alios pro aliis
minoris precii: præsertim pro blanquis nouis: et qui-
busdam nummis aureis: pro quibus habendis dabāt
quicquid petebat venditor: puta vnciam cum dimi-
dia et duas auri:: vel triginta et quadraginta bōbi-
cis pôdo: quâ ipsi iâ nouerāt. Item arcuū, ampho-
re, hidrie, dolique fragmenta: bombice et auro tan-
quâ bestie compatabant: quod quia iniquum sane
erat: vetui: dedique eis multa pulcra & grata: que me-
cum tuleram nullo interueniente premio: vt eos mi-
hi facilius conciliarem: fierētque christicole: et vt sint
proni in amorem erga Regem reginam principesque
nostros et vniuersas gentes Hispaniæ: ac studeant
perquirere et coaceruare: eaque nobis tradere quibus
ipsi afflunt et nos magnopere indigemus. Nullam
hii norunt ydolatriâ: immo firmissime credūt om-
nem vim: omnē potentiam: omnia denique bona es-
se in coelo: meque inde cum his nauibus et nautis de-
scēdisse: atque hoc animo vbi fui susceptus postquam me-
tum repulerant. Nec sunt segnes aut rudes: quin
summi ac perspicacis ingenii: et homīes qui transsre-
tant mare illud: nô sine admiratiōe vniuscuiusque rei
rationem reddunt: sed nunquam viderūt gentes vesti-
tas neque naues huiusmodi. Ego statim atque ad ma-

folio 33 recto

re illud peruenire: prima Insula quosdā Indos vio=
lenter arripui: qui ediscerēt a nobis: et nos pariter
docerent ea: quorū ipsi in hisce partibus cognitio=
nem hababant. et ex voto suscessit: nam breui nos
ipsos: et hi nos: tum gestu ac signis: tū verbis intel=
lexerūt: magnoque nobis fuere emolumēto: veniūt
modo mecū tamē: qui semper putāt me desiluisse e
coelo quamuis diu nobiscū versati fuerint: hodieque ver=
sentur. et hi erant primi: qui id quodcūque appellaba=
mus nunciabant: alii deinceps aliis elata voce dicē=
tes. Venite venite et videbitis gētes ethereas. Quā=
obrem tam femine quam viri: tam impuberes quam adulti:
tam iuuenes quam senes: deposita formidine, paulo an=
te concepta: nos certatim visebāt magna iter stipā=
te caterua, aliis cibum, aliis potum afferētibus: ma=
ximo cum amore ac benivolentia incredibili. Ha=
bet vnaqueque Insula: multas scaphas solidi ligni; et
si angustas: longitudine tamen ac forma nostris bi=
remibus similes: cursu autē velociore. Reguntur re=
mis tantūmodo: Harum quedē sunt magnæ: que=
dam parue: quedam in medio consistūt. Plures ta=
men biremi que remigēt duodeuiginti trantis ma=
iores: cum quibus in omnes illas Insulas: que innu=
mere sunt: traicitur cunq̄ue his suam mercaturam ex=
ercēt: et inter eos cōmertia fiunt. Aliquas ego harum
biremium seu scapharum vidi: que vehebāt setua=
ginta et octuaginta remiges. In omnibus his Insu=
lis nulla est diuersitas inter gentis effigies. nulla in

folio 33 verso

moribus atque loquela: quin omnes se intelligūt ad=
inuicē: quæ res perutilis est ad id: quod serenissimū
Regem nostrum exoptare precipue reor: scilicet eo=
rum ad sanctam christi sidem cōuersionē. cui qui=
dem quantum intelligere potui facilimi sunt et pro=
ni. Dixi quēadmodum sum progressus antea Insu=
lam Iohanam per rectum tramitem occasus in ori-

folio 34 recto

entem miliaria .cccxxij. secundum quam viam et
interuallū itineris: possum dicere hanc Iohanem
esse maiorum Anglia et Scotia simul: nāque vltra di=
cta .cccxxij. passuum milia: in ea parte que ad occi=
dentem prospectat: due (quas nō pecii) super sunt
prouincie: quarum alteram Indi Anan vocant: cu=
ius accolle caudati nascuntur. Tendentur in longi=
tudinē ad miliaria .clxxx. vt ab his quos veho me=
cum Indis percepi: qui omnis has callent Insulas.
Hispane vero ambitus maior est tota Hispania a
cologna vsque ad fontem rabidum. hincque facile ar=
guitur quod quartū eius latus quod ipse per rectam li=
neam occidentis in orientem traieci: miliaria conti=
net .dxl. Haec Insula est affectanda et affectata nō
spernenda in qua et si aliarum omnium vt dixi pro
Inuictissimo Rege nostro solenniter possessionem

accepi: earumque imperiū dicto Regi penitus com-
mittitur: in oportuniori tamen loco: atque omni lu-
cro et commertio condecienti: cuiusdam magne vil-
le: cui Natiuitatis domini nomen dedimus: posses=
sionem peculiariter accepi. ibique arcem quandā eri-
gere extemplo iussi: que modo iam debet esse per-
acta: in qua homines necessarii sunt visi: cum om-
ni armorum genere: et vltra annum victu oportu-
no reliqui. Item quandam carauellam: et pro aliis
côstruendis tam in hac arte quam in ceteris peritos: ac
eiusdem Insule Regis erga nos beniuolentiam et fa=
miliaritatē incredibilem. Sunt enim gêtes ille ama=

folio 34 verso

biles admodum et benigne: eo quod Rex prædictus
me fratrem suum dici gloriabatur. Et si animum re=
uocarent: et his qui in arce manserūt nocere velint:
nequeunt: quia armis carent: nudi incedunt: et ni-
mium timidi. ideo dictam arcem tenentes: dunta-
xat possunt totam eam insulam nullo sibi imminê-
te discrimine (dûmodo leges quas dedimus ac re-
gimen non excedant) facile detinere. in omnibus
his Insulis vt intellexi: quisque tantum côiugi ac-
quiescit: præter principes aut reges: quibus viginti
habere licet. Feminæ magis quam viri laborare videntur;
nec bene potui intelligere an habeât bona propria
vidi enim quod vnus habebat aliis impartiri: preser-
tim dapes, obsonia, et huiusmodi. Nullum apud
eos monstrum reperi: vt plerique existimabant: sed
homines magne reuerêtie atque benignos. Nec sunt
nigri velut ethiopes. habêt crines planos ac demis-
sos: nô degunt vbi radiorum solaris emicat calor.
per magna nanmq̃ue hic est solis vehemêtia: propterea
ab equinoctiali linea distat (vbi videtur) gradus sex
et viginti Ex montiū acuminibus maximū quoque vi=
get frigus: sed id quidê moderantur Indi: tû loci con=
suetudine: tû rerū calidissimarum quibus frequêter et
luxuriose vescuuntur presidio. Itaque môstra aliqua nô vidi:
neque eorum alicubi habui cognitionê: excepta quadâ
Insula Charis nûcupata: quæ secûda ex Hispana
in Indiam transsretâtibus existit. quam gens que-
dam a finitimis habita ferocior, incolit. hi carne

folio 35 recto

humana vescuuntur. Habent predicti biremiū gene=
ra plurima: quibus in omnes Indicas Insulas traici=
unt, depredant, surripiuntque quecunque possunt. Ni=
hil ab aliis differût: nisi quod gerût more femineo lon=
gos crines. vtuntur arcubus et spiculis arundineis:
fixis (vt diximus) in grossiori parte attenuatis ha-
stilibus. ideoque habentur feroces: quare ceteri Indi
inexhausto metu plectuntur: sed hos ego nihili fa-
cio plus quam alios. Hi sunt qui coeunt cum quibusdâ
feminis: quæ sole Insulâ Matheunin primâ ex Hi-
spana in Indiam traicientibus habitant. He autê
femine nullum sui sexus opus exercent: vtuntur enim
arcubus et spiculis sicuti de earum côiugibus dixi:
muniût sese laminis eneis: quarum maxima apud

eas copia existit. Aliam mihi Insulam affirmant su=
pradicta Hispana maiorem: eius incole carêt pilis.
auroque inter alias potissimum exuberat. Huius In=
sule et aliarum (quas vidi) homines mecum porto:
qui horum quæ dixi testimonium perhibent. De=
nique vt nostri discessus et celeris reuersionis cōpen=
dium: ac emolumentum breuibis astringâ hoc pol=
liceor: me nostris Regibus inuictissimis paruo eorum
fultum auxilio: tâtum auri daturum quantû eis fu=
erit opus. tantum vero aromatum. bombicis. ma=
sticis (que apud Chium duntaxat inuenitur) tantûque
lignialoes. tantum seruorû hydrographilatorû: quan=
tum eorum maiestas voluerit exigere. Item reubar=
barum et alia aromatû genera: quæ hii quos in di-

folio 35 verso

cta arce reliqui, iam inuenisse: atque inuêturos existi=
mo. quâdoquidem ego nullibi magis sum moratus
nisi quantû me coegerût venti: præterquam in villa Na=
tiuitatis: dû arcem condereet tuta omnia esse proui=
di. Quæ et si maxima et inaudita sunt: multo tamê
maiora forêt si naues mihi (vt ratio exigit) subue=
nissent. Verum multû ac mirabile hoc: nec nostris me=
ritis correspôdens: sed sancte Christiane fidei: no=
strorûque Regum pietati ac religioni. quia quod hu=
manus consequi non poterat intellectus: id huma=
nis concessit diuinus. Solet enim deus seruos suos:
quique sua præcepta diligunt: etiâ in impossibilibus
exaudire: vt nobis in præsentia contigit: qui ea cō=
secuti sumus: que hactenus mortalium vires mini=
me attigerant. nam si harû Insularû quicpiâ aliqui
scripserunt aut locuti sunt: omnes per ambages et cō=
iecturas, nemo se eas vidisse asserit: vnde prope vide=
batur fabula. Igitur Rex et Regina, principes, aceo=
rum regna foelicissima: cunctæque aliæ Christianorû
prouincie: Saluatori domino nostro Iesu christo aga=
mus gratias: qui tâta nos victoria munereque dona=
uit: celebrentur processiones: peragantur solennia sa=
cra. festaque fronde velentur delubra. Exultet Chri=
stus in terris: quêadmodû in coelis exultat: cum tot
populorum perditas ante hac animas saluatam iri
preuidet. Letemur et nos: tum propter exaltationê
nostræ fidei. tum propter rerû temporaliû incremê=
ta: quorû nô solû Hispania: sed vniuersa Christia-

folio 36 recto

nitas est futura particeps. Hec vt gesta sunt sic breui=
ter enarrata. Vale. Vlisbone, pridie ydus Marcii.
Christoforus Colom Oceanice classis Præfectus.

Epigrâma. R. L. de Corbaria Episcopi Môtis=
palusii.

Ad Inuictissimû Regem Hispaniarum.

Iam nulla Hispanis tellus addenda triumphis:
Atque parum tantis viribus, orbis erat.

Nunc longe Eois regio deprensa sub vndis:
Auctura est titulos Bethice magne tuos.
Vnde repertori merito referenda Columbo
Gratia: sed summo est maior habenda deo:
Qui vincenda parat noua regna, tibi que sibi que:
Teque simul fortem præstat et esse pium.

folio 36 verso

Osher Map Library and Smith Center for Cartographic Education
University of Southern Maine